Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26076
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in pascua uberrima pascam eos. et ingredient. et egredient. et pascua
inuenient. et pascent. pauperes per eum qui eos percussit ut emendet. et in
pace requiescent. sine pastore sollicito ipsi agent fiducialiter. et cum
lazaro requiescent in sinu abrahae. Hui autem construxerunt iugum et urga
percussoris sui. fame perpetua sustinebunt. ut non audiant sermone dei.
s. omis. eos relique inteant. ne quid de malo semine germinet. Ulula
porta clama ciuitas. prostrata est philistea omis. Ab aquilone enim fumus
uenit. et non est qui effugiat agmen eius. et quid respondebit nuncius gentis.
Quia dominus fundauit syon. et in ipsa sperabunt pauperes populi eius. Nun
cius idem angelus qs solus symmachus translulit. omis reges interpre
tati s uerbi ambiguitate decepti. quia preter unam litteram aleph
q in angelos uocabulo addita est. eodem reges et angeli apud hebreos ap
pellantur nomine idem malache. In libro hebraicos nominum repperi.
philistiim interpretari cadentes poculo. Hui quidem inebriati s calice
babylonis. et biberunt uinum in quo est omis luxuria. et inter ceteras uitia
propter ebrietatem regnum dei uerta aplin infuerunt esecuti. his percipitur
ut porta eos ululet. et clamet ciuitas. Porta hereticos. os arbitror
quod blasphemant. et ciuitatem animam quae malarum cogitationum thesau
rus est. haec ululare debet et plangere. quia omis uenis prostrata est in
terram. derelicta. nihil in ea sane intellegentie est. dicit sapientie.
Quare ululat porta. quam ob causam clamat ciuitas. quia prostrata est
omis philistea. Cur. prostrata sit. sequens uersus ostendit. Ab aqui
lone fumus uenit. et non est qui effugiat agmen eius. fumus iste ardentis.
diaboli iaculis suscitat. qui noxius est oculis et extinguit lumina. et ab
aquilone orit. a quo in ieremia olla succendit. et a quo exardescunt
mala sup omis habitatores terre. quia non possunt dicere. accola sum et
pegrinus. sicut omis patres mei s. in ira habitant unde et in pro